

lib. 9^o

FRANCISCI
PATRICKI SE-
 NENSIS DE REGNO ET
 REGIS INSTITVTIONE
 LIBRI IX.

*Historiarum ac sententiarum variarum referti, quarum
 lectione facile de re qualibet quisque poterit decernere, ut
 ex epistola cognoscere licebit.*

Ope vetustissimorum librorum manu scriptorum, & cu-
 ra ac diligentia doctorum quorundam virorum ab in-
 numeris penè mendis perpurgati.

*Quibus adiecimus Indices tum titulorum, tum verum ac sententia-
 rum locupletissimos.*



PARISIIS,
 Apud Aegidium Gorbinum, sub insigni Spei,
 è regione collegij Cameracensis.
 M. D. LXXXII.
 CVM PRIVILEGIO REGIS.

D. LAMBIVS

ERVDITO LECTORI

S. D.



A *T*tigeram olim adolescens bo-
ne, & erudite lector, Fran-
cisci Patricij Senensis de Re-
gno & de Regis institutione
libros, & , nequid dissimulem, percur-
reram ac peruolutaram: & pro illa etate
ac iudicij infirmitate magnopere probarã.
Nuper autem cum Iohannes Charronius,
magnæ spei Typographus, eosdem libros
de integro suis politissimis typis excudi
cæptos mihi ostendisset, nonnullaque par-
tim in exemplari, partim in uno nouæ
editionis volumine regustassem, ac relegis-
sem: ita me delectauit non solum argu-
menti grauitas ac maiestas, verum etiam
scriptoris ingenium acerrimum, doctrinaq;
& elegantia singularis (prout quidẽ illa



AD INCLYTVM AC CELE-
BERRIMVM CALABRIÆ DVCEM

*Alphonsum Aragonium, serenissimi Ferdi-
nandi Regis primogenitum, Francisci Pa-
tricij Senensis pontificis Caeterani pra-
fatio in libros de regno ac regis
institutione.*

MAXIMUM onus in hoc codice
suscepisse videor, Alphonse Du-
cum omnium fortissime, quum
profitetur me his libris de Regno,
ac Regis institutione scripturum.
Nam si verum est (quod nemo inficiari potest) *Rex Deo si-
milis.* nullam ex omnibus fortunis inter mortales regia
præstantiorem inueniri posse, nullamque Deo
optimo maximo similiorem, quis negabit de ea
literis præcepta dare, arduum ac perdifficile omni-
no esse, & summo ingenio, exquisita doctrina,
magnaque rerum experientia indigere? Xenopha-
nis præterea sententia animaduertenda est, qui *Laertius li.
9. in Xeno-
phanis vi-
ta.* quum accepisset Empedoclem Agrigentinum di-
cere consuevit, Perdifficile esse sapientem homi-
nem inuenire: Verum, inquit: quandoquidem sa-
piens sit oportet, quicumque sapientem vitum ex-
plorare voluerit. Quæ ex opinione consequens